

# DE NOMINE.

## DE NOMINE.

*Quid est Nomen?*

Est pars Orationis, quæ rem significat,  
non agere aliquid aut pati.

*Unde cognoscitur Nomen?*

Ex Germanica voce **Ein**: ut *Homo* ein  
**Mensch**.

*Quotuplex est Nomen?*

Duplex: substantivum & Adjectivum.  
Et utrumq; vele est Mobile vel Immobile.

*Mobile dicatur, quod pro diverso sexu terminationem  
variat, ut: Rex, Reginæ, doctus, a, um,.*

*Immobile seu fixum est, quod non variat terminati-  
onem pro diverso sexu: ut mensa, felix, syngra-  
phus a, Turcus Turca.*

*Postrema duo sunt abundantia.*

*Quid est Nomen Substantivum?*

Substantivum est, cui non potest addi  
in Germanica lingua **Man**/**Weib**/**Ding**:  
ut, *Homo*.

*Vel: Cujus significatio per se absq; altero intelligitur.*

*Quotuplex est Nomen Substantivum?*

Duplex: Proprium & Appellativum.

*Quid est Nomen Proprium?*

Proprium est, quod uni soli rei conve-  
nit: ut, *Julius, Roma.*

*Et est*